

nominem, vel, vt nonnulli putant, morochthum lapidem, quale effoditur Saxenfeldæ. Tertium genus continet in se, quod metallici picem appellât, quod interdum colore nigrum est, interdum schisti speciem habet. Ferrum quod iuxta magnetis venam effoditur, sæpe purum est, & ferrum diues à metallicis dicitur. Flos ferri candidissimus est, & leuis, ramulos interdum habens corallio similes, interdum filorum flexu subtiles: is è Stiria ad nos adfertur. Acies autem, quam Græci σόωμα, est ipsius ferri bonitas, quemadmodum tinctura eiusdem robur. Noti enim sunt versus Homeri Odyssææ nono:

ὥσδ' ὅτ' αὐτὸς χαλκεὺς πύλεκιον μέγαν  
ἢ ἐσκεπάρομ  
εἰν ὑδάτι ψυχρῷ βάπτει, μεγάλα ἰάχοντα  
φαρμάσων, τὸ γὰρ αὐτὸ σιδήρεος γέ κρᾶ-  
τθ' ἐστὶ:

ὥσ τ' οἷζ' ὀφθαλμὸς ἐλαιίνῳ πῶδι μοχλῶ.  
Fluuij autem eiusmodi tincturæ a-